



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

In Hollandiae Coenobio Non Procul Ab Haga Comitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

Pietatis & memoriæ ergo Gulielmus F. M.
P. C. B. Ann. XL. mens. III. O. An. ab O.
R. CLO IO LIII. VII. Kal. Sextil.

IN HOLLANDIAE
COENOBIO NON PROCUL
AB HAGA COMITUM.

EX GUICCIARDINO.

Illustris Domini Florentii, Comitum Hollandiæ filia, cujus mater fuit Mathildis filia Henrici Ducis Brabantiae, fratrem quoque habuit Gulielmum Alemanniæ regem: hæc præfata Domina Margareta, an. salutis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, ætatis suæ an. quadragesimo secundo, ipso die Parasceves, hora nona ante meridiem peperit infantes vivos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quatuor. qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guiddonem Suffraganeum, præsentibus nonnullis proceribus & magnatibus, in pelvi quadam baptismi sacramentum percepissent, & masculis Joannes, femellis verò nomen Elisabeth impositum fuisset: ipsorum omnium simul cum matris anima ad Deum æternaliter victuræ redierunt, corpora autem sub hoc saxo requiescunt.

NB.

Vera esse quæ hic narrantur, testes sunt omni exceptione majores Lud. Vives, Erasmus Roterodamus, & alii, qui etiam occasionem & causam rei sic gesta hanc addunt. Margarita hæc mulierculam quandam, gemellos in utero gestantem, & stipem petentem, acerbè increpaverat, quod eam uno partu duos infantes producere potuisse negaret, nisi duorum quoque virorum commercio usa esset. Mendacia igitur precibus à Deo contendit, ut in signum innocentia sua Comitissa gravida tot pareret infantes, quot essent in anno dies. Quod & factum est, ut in Epitaphio præmissio narrantur.

A R N E.